

423 minii. Quodsi tamen, ut nonnunquam amat fieri, canon in magna quantitate solvendus esset, ac fructibus responderet, ex æquitate saltem illius remissionem esse faciendam, suadent Gall 2. obs. 23. num. 24. Struv. exercit. 24. th. 34. & ibi Miller lit. b. König cit. l. n. 43. Clariff. D. Joannes Udalricus Rudolphi in *Centur. Pallad. tog. q. 38.* quemadmodum etiam tunc remittitur, quando emphyteuta citra culpam amittit possessionem rei emphyteuticæ. Card. de Luca de *Emphyteusi disc. 43. n. 2. & 3.*

424 III. ut rem emphyteuticariam, tempore finito, salvam & integram cum melioramentis (saltem quæ fecit emphyteuta ex natura Contractus) & accessionibus restituat l. in *emphyteuticariis 2. Cod. de Fure Emphyt. 20. ff. ad tit. ff. Loc. Cond. n. 114. Gaspar de Expens. & meliorat. cap. 6. n. 20. & seq. Struv. exercit. 11. th. 74. Miller ib. lit. a.*

425 IV. ut, si novus sit emphyteuta, ac noviter ad possessionem rei emphyteuticæ admittatur, præstet laudemium, quod de Jure Communi est quinquagesima pars pretii, quod cæteroquin res emphyteutica valet, seu duo pro centum l. ult. Cod. d. t. licet de consuetudine multis in locis solvantur 5. pro centum. Stryck ad cit. t. i. ff. si ager veltigal. §. 12. Germanicè dicitur die *Lehn Waar / Lehn Geld*

## §. V.

## Ex quibus causis Emphyteusis resolvatur?

429 Emphyteusis unâ cum jure emphyteutico resolvitur l. lapsu temporis, ad quod contracta; vel extinctâ generatione, in cuius favorem est concessa per cit. l. agri civitatum 1. §. 1. & l. ult. ff. Si ager veltigal. Quousque verò & ad quosnam descendentes porrigatur generatio? Ex professo discutit Card. de Luca de *Emphyteusi disc. 13. & plurib. seqq.*

430 II. rei totius interitu totali l. jus emphyteuticarium 1. Cod. de Fure emphyteut. Pars tantum si pereat, remanet Emphyteusis §. adeo 3. Insistit. de Locat. Lauterbach ad cit. tit. ff. §. 20.

431 III. alienatione, sine consensu Domini factâ, secundum deducta in cit. tract. cap. 3. à num. 74. Si tamen non tota res, sed pars solum alienetur, non Emphyteusis tota, sed pars solum amittitur arg. 2. *Fend. tit. 38. Brunn. & plures ab eo citati ad l. ult. Cod. de Fure Emphyt. num. 5.* Et si quidem tota res fuerit alienata, sub conditione tamen, si Dominus ratihaverit, poena caducitatis evitatur, ut communem, veram, ac receptam in Rota Rom. opinionem esse, testatur Card. de Luca cit. l. disc. 33. num. 5.

432 IV. culposa, notabili, ac in perpetuum præjudiciosa deterioratione rei, in Emphyteutin datæ Nov. 120. cap. 8. *Aueb. qui rem Cod. de SS. Eccles. Struv. cit. exercit. 11. th. 72. Miller ib. lit. c.*

Hand *Lehn / Erb Schaz.* Quodsi per-426  
sona Domini directi fuerit mutata, laudemium non præstatur arg. cit. l. ult. *prope fin.* Nisi præscriptione vel consuetudine aliud obtineat. Miller ad Struv. de exercit. 11. *sub lit. g. num. 12.* Universaliter autem advertit Stryck d. §. 12. in tota laudemiorum materia principaliter ad consuetudines locorum esse respiciendum.

Effectus, qui remotè nascitur ex Emphy-427  
teusi, est actio emphyteuticaria, ex utraque parte directâ, personalis, civilis, bonæ fidei, rei persectoria, & perpetua. Datur contra-  
tentibus & eorum heredibus contra se invicem ad præstandum cultibet, quod ei debetur ex natura Contractus. Lauterbach ad tit. ff. si ager veltigal. §. 12. & 13.

Nec exilimes velim, actionem emphyteu-428  
ticariam, cum fluat ex utili dominio, realem esse l. agri civitatum 1. §. 1. ff. d. t. Nam scire oportet, actionem emphyteuticariam esse duplicem; unam realem, personalem alteram. Illa confurgit ex dominio utili, & propterea ex parte Domini directi directâ rei vindicatio, & ex parte emphyteutæ utilis rei vindicatio nuncupatur; prout in tract. de Fure Propriet. cap. 3. à num. 84. & seq. notatum est. Illa descendit ex Contractu emphyteutico, de quo in præsentia egimus.

V. solutione canonis, ultra biennium in-433  
Emphyteusi Ecclesiastica; & ultra triennium in Sæculari protractâ. Textus in cap. ult. de Locat. cond. l. in emphyteuticariis 2. Cod. de Fure emphyteut. & ibi Interpretes. Sed hic  
Quæritur l. num emphyteuta moram non-434  
soluti canonis celeri satisfactione purgare valeat?

Resp. in Emphyteusi Ecclesiastica id vale-  
re, per textum expressum in cit. cap. ult. non item in Sæculari per textum in cit. l. in emphyteuticariis 2. Cod. de Fure Emphyteut. ubi Domino directo conceditur licentia, post triennium expellendi emphyteutam: ut proinde non teneatur acceptare purificationem moræ, sed, sicut in aliis calibus, in quibus dies & poena imponitur à Lege, poena mox reperi possit arg. l. Celsus ait 23. in pr. ff. de Recept. qui arbit. l. trajecticia 23. ff. de O. & A. Haunold de F. & F. rr. 9. n. 509. D. Gletle 2. part. Pand. quest. 24. n. 2. Clariff. D. Franz ad tit. Inst. de Locat. p. 2. n. 16. & seq. Imò in Emphy-435  
teusi quoque Ecclesiastica cessat purgatio moræ, si speciale pactum desuper fuerit adjectum; non quidem simpliciter (tunc enim non operatur ultra dispositionem Juris Communis) sed cum conditione resolutiva, cujus natura est, quòd statim & ipsò Jure negotium resolvat. Rota in recent. p. 6. decis. 203. num. 19. & seq. Card. de Luca de *Emphyteusi disc. 46. num. 11.*

Que-

436 Quæritur II. an, si Dominus post moram recipiat canonem pro tempore præterito, jus caducitatis remississe censetur?

Resp. cum D. Gletle cit. l. n. 16. & 18. negativè. De Emphyteusi Ecclesiastica con-437  
stat id clarè ex d. Nov. 120. cap. 8.

De Sæculari probatur l. ex l. si pro fure 7. §. 1. ff. de Condit. furtiva, ubi subindicatur, quòd, si res & poena sit æquè principaliter in obligatione, utraque simul exigi possit: adeoque cum in Emphyteusi post commissam moram tam canon quàm poena caducitatis æquè principaliter in obligatione sit, tam canon quàm  
438 poena exigi potest.

Probatur II. quia, si receptio canonis pro tempore præterito jus caducitatis impeditur, id proveniret ex præsumptione tacite remissionis. Atqui non potest tacita remissio præsumi: cum enim nec mora celeri satisfactione purgetur; nec pervaciacia emphyteuta per solutionem canonis pro tempore præterito corrigatur: Domino jus caducitatis integrum manet. d. l. in emphyteuticariis 2. Cod. de Fure emphyteut.

439 Dices I. quando venditor post diem, legi commissoriae præfixam, recipit pretium, censetur emptori jus caducitatis donasse l. pen. ff. de Lege commiss. Ergo id ipsum concludendum de Domino, si post diem, solveudo canonis præfixam, canonem recipiat.

440 Resp. negandò conseq. & paritatem. Nam venditor non potest recipere pretium, quin Contractum approbet de novo: Dominus directus verò potest recipere canonem pro tempore præterito, quin Contractum renovet de novo.

441 Dices II. quando in compromisso pars victrix post diem, pro solutione ab arbitro designatam, petit à parte victa solutionem, ne-

quit amplius exigere poenam conventionalem. Ergo nec Dominus directus &c.

Resp. rursus negandò consequentiam & 442  
paritatem. Siquidem in arbitrio poenali solutione rei principalis, per laudem adjudicatæ, non debetur una cum poena æquè principaliter, sed subsidariè tantum & alternativè; adeò ut, si pars condemnata noluitolvere rem adjudicatam, possitolvere poenam per l. si quis rem 30. ff. de Recept. qui arbit. At in Emphyteusi non minus poena caducitatis quàm canon debetur æquè principaliter: canon quidem ob usum rei antecedenter habitum; poena verò propter contemptum Domini, ex neglecto canone præsumptum. Adeoque non minus poena quàm canon restitissime simul præteritur.

Quæritur III. possitne Dominus directus 443  
recipere canonem pro tempore futuro, & simul exigere poenam caducitatis?

Resp. cum distinctione inter Emphyteusin Ecclesiasticam & Sæcularem. In Emphyteusi Sæculari nequit dominus recipere canonem pro tempore futuro, & simul exigere poenam: nam ipsa receptio canonis pro tempore futuro arguit animum, renovandi Contractum, & condonandi caducitatem. In 444  
Emphyteusi Ecclesiastica contrarium est asserendum: quantumvis enim in ista perinde ac illa receptio canonis arguat renovationem Contractus, & renuntiationem juris caducitatis: quia tamen Prælatus Ecclesiasticus rem immobilem, ad plenum dominium Ecclesiæ reversam, nequit alienare (saltem cum minori utilitate) nisi solemnitates, ad alienationem requiritas, adhibeat: nequit etiam jus caducitatis remittere, & emphyteutæ dominium utile de novo conferre. Gletle cit. l. num. 14. & seq.

## SECTIO IV.

## De Feudo.

## SUMMARI A.

445. Etymologia Feudi. 445. & seqq. Homonymia. 449. & seq. Alius definitio. 451. & seq. Est Contractus consensualis. 453. & seqq. Nominatus. 456. & seqq. Bonæ fidei. 459. & seqq. Quò res immobilis. 462. Vel acquipollens. 463. & seq. Cum jure domini nullis. 465. & seqq. Sub obligatione fidelitatis conceditur. 468. Feudum aliud est proprium; aliud improprium. 469. Quale est feudum. 470. Hereditarium. 471. Francum. 472. & seq. Et plura alia. 474. & seq. In dubio præsumitur proprium; & si deficiat in uno, retinet naturam suam in altero. 476. & seq. Feudum emptitium est improprium. 478. & seqq. Feudum, pro heredibus quibuscumque concessum, est hereditarium. 481. & seqq. Feudum aliud nobile; aliud ignobile. 484. & seqq. Aliud vetus, aliud novum. 490. & seqq. Aliud ligium, aliud non-ligium. 494.

& seqq. Aliud Ecclesiasticum, aliud Sæculare. 498. & seqq. Aliud datum, aliud oblatum. 501. Aliud intra, aliud extra curtem Domini. 502. & seq. Feudum constituitur, qui potest contrahere, & alienare. 504. & seq. Prælatus Ecclesiasticus regulariter prohibetur constituere. 507. & seq. Illi & Imperator Feuda regalia noviter aperta. 509. Vasallus potest subinfundere. 510. & seqq. Etiam rusticus rem suam in Feudum concedere valet. 518. Etiam femina. 519. Feudum accipere potest, qui contrahere. 520. & seqq. Nonnulla Vasallorum differentia. 523. & seqq. Omnis generis homines Feudorum capaces monstrantur. 530. & seqq. Feudum in re aliena constitutum obligat ad evictionem. 533. & seq. Feudum, in sylvâ constitutum, non comprehendit jus venandi. 535. & seq. Furtivum transit cum territorio. 537. An jurâ spiritualia veniant in Feudum? 538. & seq. 000 3 Domi-



*Dominus tenetur investire Vasallum.* 540. & seqq. *Investitura impropria confertur possessionem.* 543. *Requiruntur testes ad investituram.* 544. & seq. *Alia Domini obligationes recensentur.* 545. *Exponitur actio feudalis.* 547. *Attingitur jus, Domino competens.* 548. & seqq. *Obligationes Vasalli declarantur.* 555. *Explicitur actio, quæ Domino contra Vasallum datur.* 556. *Feudum refoisitur inieritu rei.* 557.

*Morte.* 558. *Cessione.* 559. & seqq. *Culpa commissiōis.* 563. & seqq. *Et culpa omisiōis.* 568. *Feudū novum ad Dominum reddit.* 569. & seq. *Antiquum, male alienatum, devenit adagnatos.* 571. *Aliud revertitur ad Dominum, usque ad vitam Vasalli, quando delinquitur contra Dominum.* 572. *Et, si delictum committatur adversus extraneos, mox devolvitur ad agnatos.* 573. & seq. *Ex delicto Domini transfertur in Vasallū.*

## §. I.

## Quid sit Feudum?

- 445 **F**eudum (cujus originem & auctoritatem breviter descriptam invenies in *Lib. I. tract. de Jure Legali cap. 9. à n. 22.*) quartam sedem inter Contractus Consensuales possidet, & juxta mentem Feudistæ in *tit. 3. in fin. Feud. 2.* derivatur à fide seu fidelitate: quia sub obligatione fidelitatis & fidei conceditur. Germanicè *Lehen*. Struv. in *Synrag. Fur. feud. cap. 2. aphor. 1. à num. 3.* Hornius *Jurisprud. feud. cap. 2. §. 2. & 3.*
- 446 Sumitur tripliciter I. *objectivè*, quatenus denotat rem, in Feudum concessam vulgò *Lehen-Gut / Lehen-Stück* / & contradistinguitur allodio seu bonis allodialibus *Erbe / Erbs und eigenthümliche Güter* / quæ omnimodò proprietatis jure spectant ad possessorem *tit. 17. 26. & 54. Feud. 2.* Hornius *cit. cap. 2. §. 4. P. König ad tit. de Feud. num. 3.*
- 447 II. *effectivè* pro jure, quod circa rem feudalem retinet Dominus seu concedens, & acquirit Vasallus seu accipiens *tit. 25. §. 1. Feud. 1. tit. 1. §. ult. tit. 23. tit. 26. §. 1. tit. 55. §. 1. Feud. 2.* de quo actum in *tract. de Jure Præpriet. cap. 3. à num. 48.*
- III. *formaliter* pro conventionē, quæ res alteri conceditur in Feudum *tit. 28. Feud. 1. & tit. 20. Feud. 2.* In qua significatione
- 449 Feudum à Feudista dupliciter describitur in *tit. 23. Feud. 2.* I. quoad genus seu beneficium, quod juxta Senecam, ibi citatum, est *actio benevolens, tribuens gaudium capientibus, capiensque tribuendo, in id, quod facit prona & sponte sua parata.* II. quoad speciem, quod nempe sit tale beneficium, quod ex benevolentia ita datur alicui, ut proprietatis quidem rei immobilis beneficiata penes auctorem remaneat, ususfructus verò illius rei ad accipientem transeat.
- 450 Quia tamen hæc descriptiones sunt minus accuratæ, accuratius Feudum describi potest, quod sit Contractus consensualis, nominatus, bonæ fidei, quod res immobilis aut æquipollens, cum jure domini utilis, sub obligatione fidelitatis conceditur.
- 451 Dixi I. *Contractus consensualis.* Quod equidem non paucis displicere adverto, quasi scilicet Feudum, cum investituram, quæ vicem traditionis sustinet, requirat *tit. 4. & 7. Feud. 2.* potius inter Contractus reales numerari debeat. Verumtamen, cum investitura non requiratur ad essentiam Contractus feudalis, sed tantum ad illius complementum; situt traditio in Emphyteusi non requiritur

ad essentiam Contractus emphyteutici, sed tantum ad illius complementum seu translationem utilis domini: hinc, non attentà investituræ, Feudum adinstar emphyteusis cum Hornio *Jurisprud. feud. cap. 12. §. 2.* dicimus esse Contractum consensuale: utpote cum periciatur solò partium inter se paciscentium consensu, & actionem producat, quam primùm in idem placitum conferunt.

Dixi II. *nominatus.* Quod ipsum prædicatum non est extra controversiam: quandoquidem Clariss. D. de Chlingenberg de *Feud. cap. 1. quæst. 11.* cum aliis contendit, Feudum esse Contractum innominatum, & negat, quod habeat certum nomen: eò quod Feudum per se non denotet Contractum sine investituræ. Attamen Feudistæ communiter illud prædicatum Contractui Feudali tribuunt, velut perhibent Rosenthal de *Feud. cap. 1. concl. 3. n. 4.* Curtius Junior in *tract. de Feud. p. 1. quæst. 9. n. 2.* Schrader de *Feud. p. 2. cap. 2. n. 3.* Struv. de *Feud. cap. 8. aphor. 4. n. 2.* Cujus evidens est ratio: quod Feudum habeat nomen specificum, proprium, ac tale, quod prædicari potest de pluribus negotiis, solò numero philosophicè differentibus. Nec proinde verum est, quod Feudum per se non denotet Contractum sine investitura: nam, ut patet ex *num. 452.* Feudum non tam in ratione Contractus, quam in ratione Juris realis & utilis domini investituram desiderat.

Dixi III. *bonæ fidei.* Quæ particula rursus contradictionem patiuntur, dum *cit. Rosenthal conclus. 5. num. 1. & seqq.* Schraderus *d. cap. 2. n. 4.* Curtius *d. l. n. 3.* D. de Chlingenberg *d. quæst. 11.* Feudum ad Contractus stricti Juris revocant; & quidem idè: quia Contractus Feudalis ex Consuetudine, quæ juris est stricti, naturam suam participat. Nihilominus quia ex meis principijs in *cap. 1. 457 num. 82.* explicatis, omnis Contractus bilateralis est bonæ fidei; & Feudum à Contractibus bilateralibus excludi non potest, ut ipsemet Schrader *cit. l. n. 2.* faceret: non poterit Feudum ex serie Contractuum bonæ fidei segregari. Itaque mecum sentit Horn. *Jurisprud. feud. cap. 12. §. 2.* Struv. *d. cap. 8. aphor. 4. n. 4.* Schambogen in *tract. de Feud. tit. 1. num. 13.* Nec facit quidpiam in contrarium consuetudo: cum enim consuetudi-

rudines feudales, quantum fieri potest, cum Jure communi sint concordandæ per textum in *tit. 1. in fine pr. Feud. 2.* debent etiam in eorum Jure Communi concordari, quod Contractus feudalis, tanquam bilateralis, sit bonæ fidei.

459 Dixi IV. *quod res immobilis.* Ita enim discretè constitutum est in *cit. tit. 1. §. sciendum est & tit. 23. Feud. 2.* docente Schrader *d. cap. 2. n. 9.* Struv. *cap. 6. aphor. 1.* Hornius *Jurisprud. feud. cap. 7. n. 1. D. de Chlingenberg de Feud. cap. 4. n. 1.* Ratio est: quia Feudum sic constituitur debet, ut proprietatis maneat penes concedentem, & ususfructus (intellige causalis) transeat in accipientem *cit. tit. 23. circa fin. & arg. tit. 8. §. ult. eod.* consequenter constitui debet in immobili: siquidem res mobilis, si frugifera sit, plerumque per usum consumitur, & idè conjunctam debet habere rei proprietatem.

460 Neque resistit textus in *tit. 25. Feud. 2.* ubi Vasallus, de Feudo ab alio interpellatus, illud per sententiam amittit: & quia non potest rem amissionis causa fuit Dominus, qui, tanquam author ad Feudi defensionem vocatus, coram Jure competente non comparuit, jubetur ille vel Feudum ejusdem estimationis concedere, vel *nummos*, in Feudum dandos, Vasallo numerare. Etenim per *nummos*, in Feudum dandos, neutiquam intelliguntur nummi materialiter accepti, seu ipsa pecunia numerata, sed accipiuntur nummi virtualiter & æquivalenter, quatenus res immobilis, per nummos emenda, convertitur in Feudum. Schambogen *cit. tractat. tit. 1. 461 num. 22.*

Nam verò Feudum improprium saltem constitui possit in rebus mobilibus & consumptilibus; sicut constitui potest ususfructus improprius? Pro utraque parte disputatur; Struvio *cap. 4. aphor. 2. n. 4.* cum multis in affirmativam; Zoëliò cum pluribus, quos allegat Vultejus de *Feud. lib. 1. cap. 5. n. 10.* in negativam declinante.

462 Dixi V. *vel æquipollens.* Rebus immobili-

bus æquipollens tum res incorporales *arg. tit. 56. Feud. 2.* tum etiam res corporales, quæ naturaliter mobiles, sed civiliter immobiles sunt, ut est Camera Principis, in qua Feudum de *cavena* cum obligatione, quotannis certam pecuniam summam præstandi, rectè constituitur *tit. 1. §. sciendum Feud. 2.* Conf. Vultejus *d. cap. 5. n. 5. & seqq.* Curtius Junior in *ir. de Feud. p. 1. cap. 7. n. 10. & 11.*

Dixi VI. *cum jure domini utilis:* hoc enim 463 in Vasallum transferri, probatum fuit in *priori tract. de Jure proprietatis cap. 2. à n. 31. & cap. 3. n. 54.* Stryck in *Exam. Fur. Feud. cap. 2. §. 13. & seq.* nec quicquam reclamante textu in *cit. tit. 23. Feud. 2.* ubi statuitur, ut ususfructum in Vasallum tranfire: Non enim intelligitur 464 ut ususfructus formalis, qui speciem servitutis habet juxta *l. restè dicimus 25. in pr. ff. de V. S.* sed intelligitur ususfructus causalis, qui cum utili dominio conjunctus est *arg. l. ususfructus 4. ff. de Usufr.* Curtius in *tract. de Feud. p. 1. cap. 7. n. 6. & 7.*

Dixi VII. *sub obligatione fidelitatis conceditur.* 465 Aliter sit Feudum, quam sub obligatione fidelitatis, constituitur, non tenet *tit. 4. §. 1. in fin. Feud. 2.* Indè Feudum, quod alias in multis convenit cum emphyteuti (adè ut in iis, quæ contra Jus Commune in libris Feudorum constituta non sunt, b'num argumentum à Feudo ad emphyteuti sin datur. Curtius *p. 1. cap. 4. n. 5. & 6.*) per hanc obligationem essentialiter constituitur, & ab emphyteuti principaliter distinguitur. Hornius *Jurisprud. feud. cap. 2. §. 13.* Et quam 466 quàm in *cit. §. 1. in fin.* constitutum videatur, quod obligatio fidelitatis possit remitti: id tamen de sola fidelitate jurata, id est, juramento fidelitatis est intelligendum, ut liquet ex textu. Curtius *d. p. 1. cap. 8. n. 3.* Stryck *d. l. §. 22.*

Addunt aliqui VIII. *servitorium.* Quod 467 eatenus procedit, quatenus obligatio ad ierivitiam est de natura Feudi, per textum in *tit. 23. & tit. 55. in pr. Feud. 2.* non autem de essentia per *tit. 104. in fine pr. Feud. 2.* Struv. *Synrag. Fur. feud. cap. 2. ib. 8.* Stryck *cit. cap. 2. §. 24.*

## §. II.

## Quotuplex sit Feudum?

- 468 **F**eudum dividitur I. & principaliter in proprium & improprium. *Proprium est,* quod habet omnes proprietates, seu, ut dicurramus conformiter dictis in *cap. 1. n. 232.* naturalia Feudi. *Improprium est,* quod non habet omnes proprietates seu naturalia Feudi.
- 469 Tale est I. Feudum *famineum*, quod vel acquisivit femina, vel in quo femina succedit: est enim contra naturam Feudi, ut femina succedat in Feudo, quod partim ob gesta militaria, partim ad propagandas familias originaliter concedi solebat. Textus in *tit. 1. §. 3.*
- 470 & *tit. 8. §. 2. Feud. 1.* Tale est II. Feudum *hereditarium*, quod ea lege conceditur, ut etiam feminae & heredes extra familiam possint succedere: licet ex providentia Juris

Feudalis non nisi agnati masculi ad successionem admittantur per textum in *cit. tit. 1. §. 3. & tit. 13. §. essentialis Feud. 1.* Tale 471 est III. Feudum *liberum* seu *francum*, in quo nulla præstantur servitia: quippe cum Feudum regulariter sub conditione servitorum concedatur juxta *tit. 23. & 55. in pr. Feud. 2.* Tale est IV. Feudum *pignoratitium*, quod pignoris loco constituitur; Feudum de *Camera*, quod in Camera seu ærario Principis cum jure congruæ sustentationis conceditur; Feudum de *Cavena*, quod in cella vel penu Principis pro honesta alimentatione datur; Feudum *Soldata*, quod simpliciter cum jure preventivum annuorum confertur; Feudum *Guardia*, quod alicui offertur cum obligatione defendendi



dendi castrum vel territorium Domini; Feudum *Gastaldia*, quod tribuitur cum obligatione, res oeconomicas administrandi. **473** Dicuntur autem Feuda impropria, quod tantum ad dies vitae, vel tempus aliud determinatum, constituuntur *tit. 2. in pr. Feud. 1. tit. 1. in fin. tit. 10. in f. Feud. 2.* cum tamen de Feudi natura sit, ut perpetuitatem habeat *tit. 1. §. 1. 2. & Feud. 1.* Plura ejusmodi Feuda recenset Stryck in *Exam. Jur. Feud. cap. 4. per tot.*

In dubio tamen praesumitur Feudum potius esse proprium, quam improprium *tit. 1. §. 3. Feud. 1. & tit. 2. §. 2. Feud. 2.* Hornius *Jurisprud. Feudal. cap. 3. §. 6. Struv. Syntag. Jur. Feud. cap. 16. aphor. 13. n. 3. 475* Stryck *d. l. cap. 3. §. 6.* Et, licet Feudum in uno vel altero degeneret à natura Feudi; retinet tamen in ceteris suas proprietates per textum in *tit. 48. §. sed qualitercumque Feud. 2.* Vultejus *de Feud. lib. 1. cap. 8. n. 94.* cum plurib. *ibid. cit. Engel ad tit. Feud. num. 6. König ad ennd. tit. n. 5.*

**476** Quæres circa hanc divisionem I. possitne Feudum pretiò comparari, salvâ ipsius substantiâ vel naturâ?

Prætermisissis aliorum opinionibus Resp. I. Feudum, in ratione Contractûs formaliter acceptum, pretiò comparari non posse: nam ubi pro re immobili, cum utili dominio concessa, numeratur pretium, reipsâ perficitur emptio-venditio, à Contractu Feudali procul dubiò formaliter & essentialiter distincta. Ita Baldus in pluribus locis, relatus apud Curium *d. p. 1. cap. 7. n. 18.* Facitque textus in *l. p. 1. de P. V. l. ubi ita 27. ff. de Mortis causa donat.*

**477** Resp. II. Feudum, objectivè vel effectivè prospiciendi juris realis & dominiù minùs pleni consideratum, pretiò comparari posse, ut maneat quidem substantia, sed alteretur natura. Rosenthal *de Feud. cap. 2. concl. 61. num. 1. & 3. Carpov. de Feud. disp. 2. th. 47.* Ratio est: quia textus in Jure feudali reperiuntur, in quibus partim supponitur, partim insinuat, Feudum pretiò comparari posse, videlicet in *tit. 7. tit. 16. tit. 24. Feud. 1. tit. 15. Feud. 2.* Reperiuntur etiam textus alii, qui Feudum appellat beneficium, & actionem benevolam, nec illud sub pretextu pecunie, sed amore & honore Domini, acquirendum esse, pronuntiant, nempe in *tit. 23. & tit. 27. Feud. 2.* Unde priores accipi debent de substantia Feudi, quòd eam interveniens pecunia summa non perimat; posteriores de naturali eundi, quòd interventus pecuniæ alteretur, debent intelligi.

**478** Quæres II. an Feudum, pro Vasallo & ejus heredibus quibuscunque concessum, censetur esse hereditarium & improprium?

Resp. contra multos affirmativè. Curtius *cit. tit. 3. p. membro 2. n. 62. & seq. p. 4. n. 130.* Horn. *Jurisprud. Feud. cap. 4. §. 38.* Textus in *tit. 48. Feud. 2.* ubi decernitur, quòd, si Dominus in investitura dixerit: ut Vasallus, & sui heredes, & cui ipse dederit, Feudum habeant, Feudum sit improprium: ex quo inferitur,

quòd Feudum, pro heredibus quibuscunque concessum, sit etiam improprium: quippe cum in uno non minùs quam altero quilibet hæres succedat.

Neque persuadeas tibi: ly quicumque, esto terminus sit generalis, juxta materiam subjunctam accipi, & nomine heredes quovismode, solum hæredes feudales comprehendendi debere *arg. tit. 13. §. est censulus Feud. 1.* Nam hoc ipsò, quòd terminus quicumque sit generalis, debet accipi generaliter de heredibus cujuscunque generis: ceteroquin planè frustraneus, otiosus, & non-significativus foret.

Dividitur II. Feudum in nobile & non-nobile. Nobile dicitur, quòd Vasallum extrahit à conditione ceterorum, & nobilem efficit. Ignobile, quòd Vasallum in pristina conditione relinquit, & nobile non facit.

Dividitur III. Feudum in vetus & novum. **484** Vetus est, quòd acquisitum à patre, vel aliis ascendentibus, ad descendentes per legitimam successione jam pervenit per text. in *d. tit. 14. §. 2. Feud. 1. tit. 11. tit. 12. in pr. tit. 14. tit. 16. tit. 26. in pr. Feud. 2.* Novum est, quòd tenetur à persona, quæ Feudum primitus acquisivit, per textus citatos. Aliquid subdividunt Feudum vetus in *pater num.*, quòd ab ascendentibus intra quartum gradum est acquisitum; & *avium seu antiquum*, quòd à progenitoribus supra quartum gradum ab initio fuit acceptum. Sed, ut optimè notant Rosenthal *de Feud. cap. 2. concl. 9. 10. 11. & 13.* Schambogen *tr. de Feud. tit. 5. num. 52.* Vultejus *de Feud. lib. 1. cap. 8. num. 12.* Struv. *cap. 3. aphor. 2. num. 5.* Hornius *cap. 3. §. 7. Stryck cap. 3. §. 11.* ea subdivisio non est legalis, sed Feudum vetus & paternum promiscuè sumuntur, ut constat ex textibus citatis & *tit. 50. Feud. 2. juncto tit. 8. §. 1. & 2. Feud. 2.* Meliori tamen fundamentò contra nonnullos **486** insigniter probat Curtius *de Feud. d. p. 1. cap. 9. n. 8. & seq.* Feudum antiquum censeri, quòd noviter acquisitum est jure veteris & antiqui Feudi: cum, ne verba concessionis sint frustranea, Feudum, sic datum, eundem debet effectum habere, quem habet antiquum; & ab hac opinione, tanquam communi, non esse discedendum, ait *cit. Curtius.* Quamquam

quàm Card. de Luca *de Feud. disp. 12. n. 14.* non aliter eam opinionem putet recipiendam, nisi quoad effectus acquirenti utiles. *arg. cap. quòd ob gratiam 61. de Reg. Jur. in 6. ut adde,* si acquirenti profectum esse videatur, illud absque consensu agnatorum non minùs alienari possit, ac si novum fuisset. Ad stipulatur Stryck in *Exam. Jur. Feud. cap. 3. §. 17.*

**487** Differt Feudum novum à veteri non unò modò. Inprimis enim Feudum vetus alienari non potest, si, præter consensum Domini, consensus agnatorum non accedat; Feudum novum econtra potest alienari, solius Domini consensu accedente. *Mynd. cent. 4. obs. 85.* Clariss. D. de Chlingenberg *de Feud. 488* cap. 2. q. 1.

Deinde Feudum vetus, à Vasallo restitutum, aut illegitimè distractum, revertitur ad filios vel agnatos; cum tamen Feudum novum redeat ad Dominum *arg. tit. 26. §. 5. si vasallus Feudum etc. Feud. 2.* Clariss. D. de Chlingenberg *cit. l.*

**489** Præterea in Feudo veteri succedit quilibet ex agnatis; at in novo soli descendentes ex primo acquirente succedunt per textum in *tit. 8. in pr. Feud. 1. & tit. 11. Feud. 2.* & textus alios, in *n. 484. allegatos.* Vid. *Gail. 2. obs. 50. per tot. Curtius d. l. n. 7.*

**490** Dividitur IV. Feudum in ligium, & non-ligium. Feudum ligium est, quòd Vasallus Domino fidelitatem præstat adversus omnes; non-ligium est, quòd Vasallus ita fidelitatem uni præstat adversus aliquos, ut tamen etiam alteri Domino fidelitatem adversus alios spondeat. Textus in *tit. 99. Feud. 2.* Curt. *d. l. n. 22. & seq.* ubi differentias inter Feudum unum & alterum exponit.

**491** Ex quo communiter inferitur I. Feudum ligium ab alio, quam Summo Principe, conferri non posse: quippe cum Superior, si Feudum aliud conferat, in promissione fidelitatis exceptus esse censetur. *tit. 28. in fin. & tit. 55. §. 2. inf. Feud. 2.*

**492** II. neminem à duobus Feudum ligium capere posse: nam eò ipsò, quòd fidelitatem uni promiserit contra omnes alios, nequit amplius eandem fidelitatem alteri eodem modò promittere. Rosenthal. *de Feud. cap. 2. concl. 3. & 4.* D. de Chlingenberg. *cit. cap. 2. q. 10.* Hornius *cap. 3. §. 23.*

**493** Verum, etiam si priorem illationem lubens admittant; posteriori tamen vix admittre possunt ob textum in *tit. 99. Feud. 2.* in cuius fine decernitur, non repugnare, quòd minùs aliquis duo Feuda ligia possideat à diversis, ita ut, si Domini directi sint Principes Supremi, & tecum invicem bello configant, alte-

riorum servitia per substitutum sint præstanda; vel, ut alii volunt, Vasallus neutrius partes fovere, sed pro tunc debeat ab armis abstinere. Clariss. D. Franz *Jurisprud. quintupl. q. 18. n. 12.*

Dividitur V. Feudum in Ecclesiasticum & Sæculare. Ecclesiasticum est, quòd concessum est in bonis Ecclesiasticis, sive Vasallus sit Clericus, sive Laicus. Sæculare est, quòd in bonis Sæcularibus est constitutum, sive Vasallus sit Clericus, sive Laicus. Vid. text. in *tit. 35. Feud. 2.* Schambogen *de Feud. tit. 5. n. 9.* Dixi bis: sive Vasallus sit Clericus, sive Laicus. Nam Feudum est, manetque Sæculare, licet personæ Ecclesiasticæ in bonis Sæcularibus fuerit concessum; & vicissim Feudum est manetque Ecclesiasticum, licet personæ Sæculari fuerit collatum. Et ideò non solum Vasallus Laicus debet agnoscere Jurisdictionem Ecclesiasticam, quando Feudum habet à Ecclesiâ; sed etiam Vasallus Clericus tenetur se sistere coram Judice Feudali Laico, quando Feudum recognoscit à Laico in bonis Sæcularibus juxta *cap. ceterum 5. de Judic. cap. ex transmissa 6. cum cap. seq. de Foro comper. Curt. de Feud. d. p. 1. cap. 2. per tot.* Vide *Lib. II. tit. 1. de Judic. cap. 3. à num. 280.* Idem tamen

**497** Feudum, Ecclesiæ datum, habet peculiare, quòd propter Vasalli culpam non amittitur, saltem in perpetuum *tit. 40. §. item si Feud. 2.* quia delictum personæ non debet Ecclesiæ nocere *cap. delictum 76. de R. J. in 6. P. Engel ad tit. de Feud. non. 48.*

Dividitur VI. Feudum in datum & oblatum. Feudum datum est, quòd initium habet à Domino. Feudum oblatum, quòd initium ducit à Vasallo, qui rem propriam Domino in titulum & nexum feudalem obtulit. Utrumque tamen ad Feuda propria revocari potest, sed non ambigit Hornius *Jurisprud. Feud. cap. 4. §. 15.* quia & Feudum oblatum beneficium vocari potest, quatenùs Dominus accipiendò rem & investendò recipit offerentem, tanquam Vasallum, in tutelam. Unde ex iisdem causis amittitur Feudum oblatum, ex quibus amittitur datum; nec Dominus ex necessitate pœnam caducitatis remittere tenetur, sed, si remittat, id facit ex mera benignitate; sicut bene observat *cit. Author.*

Aliam ad huc Feudi divisionem affert Stryck *in Exam. Jur. Feudal. cap. 3. §. 46.* quòd nempe constituitur vel in curte, hoc est territorio Domini; vel extra curtem *tit. 5. §. ult. & 18. inf. Feud. 1.* Sed nihil in ea divisione singulare apparet.

## §. III.

## Quis Feudum constituere possit?

**501** Feudum constituere potest, qui contra here, & contrahendò alienare *tit. 3. in pr. Feud. 2.* quia, qui Feudum constituit, init Contractum, qui tendit ad alienationem, & translationem dominiù utilis; dictus adhuc Dominus *tit. 10. 11. 12. Feud. 1.* tum quia re-

tinet dominium superius & directum: tum quia Vasallum ad fidem, reverentiam, & servitia tenet obstrictum: quamvis etiam subinde Senior appelletur *tit. 17. Feud. 1.* non quòd ætate debet esse grandævus, sed quòd dignus sit reverentiâ, quæ Senioribus debetur. Germani



Germanicè *Lehen-Herr*. Horn. *Jurispr. Feud.* cap. 5. §. 1. Ex quo facile resolvi poterunt quaestiones sequentes. Nam

504 Quæritur I. an Prælatu Ecclesiasticus rem Ecclesiæ possit in Feudum dare?

Resp. quòd non possit absque solennitatibus, ad alienationem requisitis; nisi res ab antiquo in Feudum dari consueverit cap. ult. de Feud. Extravag. *ambrosio de Reb. Ecclæs. non alienand. inter commun.* Curtius de Feud. p. 2. q. 9.

505. 1. & 2. Oportet tamen, ut in casu simili res Ecclesiastica de novo conferatur in Feudum cum eadem vel majori utilitate Ecclesiæ: nam, si fiat cum utilitate minori, veluti si prius data sit personæ singulari, & postea deur alicui communitati vel civitati, non valet infeudatio: quia spes modica vel nulla subest, quòd Feudum ad Ecclesiam sit reverfurum ad civitatem, quæ nunquam moritur; veluti conclusum est à nostra Facultate Anno 1700. die 8. Junii. Rosenthal de Feud. cap. 4.

506. *concl. 36.* Quòd si nova infeudatio cedat in utilitatem Ecclesiæ, poterit Feudum, necdum apertum & vacans, promitti per textum in tit. 26. §. 2. Feud. 2. quia promissio, quæ confertur in tempus habile, qualis est præsens, non potest non valere.

507 Quæritur II. utrum Imperator bona, ad Imperium immediatè spectantia, possit in Feudum concedere?

Resp. quòd, si unum ex Feudis regalibus & majoribus (so was merckliches eintragen, als Fürstenthum / Grafschaften / Herzschafften / Städte und dergleichen) fiat apertum, Imperator citra consensum Electorum id conferre, vel illius nomine gratias, ut vocant, expectativas concedere non possit, sed illius redditus in communes Imperii usus applicare teneatur, juxta varias Capitulationes, præsertim novissimas Augustissimi Leopoldi art. 30. Augustissimi Josephi art. 29. Augustissimi

508 Caroli art. 11. Quæ ipsa tamen Capitulatione vacantes Electoratus non comprehendit, sed illos necessariò rursus in Feudum concedi debere, ne numerus Electorum minuat, & publica lædatur incolumitas, ex tit. 7. §. 5. A. B. ibi: *de ipso providere debent & poterit etc.* docent Struv. cap. 5. apbor. 6. n. 2. D. de Chlingenberg cap. 3. q. 4. Horn. cap. 5. §. 10. Stryck cap. 5. §. 9.

509 Quæritur III. utrum ipsemet Vasallus alium subinfeudare, seu rem feudalem rursus alteri in Feudum concedere valeat?

Resp. affirmativè. Textus sunt in tit. 1. in pr. tit. 7. Feud. 1. tit. 10. tit. 55. §. 1. Feud. 2. dictumque est in *præced. tract. de Jure Propriet. cap. 3. num. 56.* ac pro limitatione additum, dummodò nihil attentetur in fraudem Legis, alienationem Feudi prohibentis. Conferatur Card. de Luca de Feud. disc. 1. disc. 7. & disc. 59. nec non Andreas Khol in *speciali tract. de Subfeud.*

510 Quæritur IV. possitne plebejus vel rusticus rem suam in Feudum dare?

Resp. affirmativè per textum in tit. 3. in f. tit. 91. Feud. 2. Quantumvis enim de Jure

Fachineus lib. 7. *conir. cap. 74.* & alii cum ipso crederent, Feudum ab illis solummodò conferri posse, qui dignitatem aut nobilitatem obtinent I. propter textum in *tit. 1. in pr. Feud. 1.* ubi dicitur, quòd Feudum dare possint Archi-Episcopus, Episcopus, Abbas, Abbatissa, Præpositus, Dux, Marchio, Comes.

II. quia per Feudi consecrationem I. acquiritur quædam Jurisdictio in Vasallum per *tit. 55. §. 2. in fin. Feud. 2.* rustici verò, seu homines privati, Jurisdictionis incapaces sunt *arg. l. privatorum 3. Cod. de Jurisd. omn. Jud.*

III. quia Vasallus suum Dominum armis defendere tenetur, & vicissim Dominus Vasallum *tit. 6. tit. 28. in pr. Feud. 2.* Atqui rusticis interdictionem est armis *tit. 27. §. 5. Feud. 2.* Ergo &c.

Sed melior & major pars DD. cum Struv. *tit. cap. 5. apbor. 3. n. 3. & 4.* Horn. cap. 5. §. 13. Stryck d. cap. 5. §. 31. etiam plebejus & rusticus indulget Feudi constitutionem. I. quia in *tit. 3. in pr. Feud. 2.* ad constitutionem Feudi plus ex parte constituentis non requiritur, quam ut liberam bonorum suorum habeat administrationem Atqui plebejus & rusticus liberam administrationem bonorum suorum habere potest; eaque de causa potest eadem in Emphyteusin dare. Ergo &c.

II. quia in *tit. 10. Feud. 2.* supponitur, quòd plebejus, à Domino investitus, alium subinvestire, & illum Vasallum possit facere: unde nil impedit, quòd minus ab initio statim plebejus aliquem de re sua, tanquam Vasallum, investire valeat.

Quæ ponuntur in contrarium, non urgent Ad I. enim Resp. personas, in *tit. 1. in pr. Feud. 1.* tantum exempli vel declarationis non autem restrictionis gratià referri: quandoquidem in *tit. 7. Feud. 1.* etiam minoribus vel minimis valvaloribus, de quibus in *tit. 1. in pr. Feud. 1.* nulla est mentio, Feudorum concessio fuit permissa.

Ad II. Resp. hominem plebejum, aequè Jurisdictionem feudalem acquirere posse, quam nobilem; non quidem auctoritate privata, sed publicà, constitutione scilicet Juris feudalis, quod indiscriminatim Domino Feudali Jurisdictionem in causis feudilibus attribuit.

Ad III. Resp. rusticis solum interdictionem esse armis offensivis, non etiam defensivis per *l. hi qui 11. §. ult. ff. ad L. Jul. de Vi publ. cum*, ubi necessitas defensionis impellit, parum curetur, quò quis utatur instrumentò. Cateroquin, si rusticis prohibitum foret, ne propter defensionem utantur armis, non possent etiam accipere Feuda: nam Vasallus magis obstrigitur, armis Dominum defendere, quam Dominus Vasallum.

Quæritur V. utrum foeminae res suas, in quibus dominium & absolutam disponendi potestatem obtinent, in Feudum dare valeant?

Resp. affirmativè per textum in *tit. 3. in f. tit. 91. Feud. 2.* Quantumvis enim de Jure

Civi-

Civili Communi Jurisdictionis incapaces esse dicantur; sunt tamen ejusdem capaces de

Jure Feudali & hodierna consuetudine. Stryck in *Exam. Jur. Feud. cap. 5. §. 23. & seq.*

## §. IV.

## Quis possit accipere Feudum?

519 Feudum accipere potest, qui contrahere, & contrahendò obligari. Vocatur in Jure Feudali plerumque *Vasallus* à verbo *Vasso*, quod apud Veteres Germanos significabat obstrictum, devotum, firmum *Lehen-Mann / Belehnter Mann*. Struv. cap. 5. apbor. 12. n. 1. Vocatur præterea *fidelis tit. 1. §. 1. & 2. Feud. 1.* quia fidelitatem promittere tenetur. Vocatur *clientulus tit. 10. & tit. 13. §. utsi clientulus etc. Feud. 1.* quoniam in clientelam & protectionem Domini recipitur. Vocatur *miles tit. 19. in pr. & §. 1. tit. 21. cum 2. seqq. Feud. 1.* quia militibus Feuda primitus sunt concessa. Hornius cap. 5. §. 19.

520 Porro inter ipsos Vasallos differentia quædam in Jure Feudali notatur. I. enim aliqui dicuntur *Capitanei*, qui scilicet à Summo Principe, Imperatore, vel Rege de Archi-Episcopatu, Episcopatu, Abbatia, Præpositura, Ducatu, Marchia, Comitatu, Baronatu &c. cum Territoriis & Regalibus sunt investiti, & cum Regni vel Imperii Capite in commune quoddam consorium assumpti d. *tit. 1. in pr. Feud. 1.*

521 II. aliuncupantur *Valvalores majores*, qui vel investiti sunt à Summo Principe sine Regali dignitate; vel etiam à Capitaneo, aut aliqua Republica, de plebe vel parte plebis, id est, vico, pago, urbe, castro &c. *tit. 1. in princ. tit. 7. Feud. 1. & tit. 10. Feud. 2.* ex quibus textibus simul deducitur, successu temporis etiam majores Valvalores Capitaneos (licet improprie, ut dicit Stryck in *Exam. Jur. Feudal. 522. cap. 5. §. 12.*) fuisse compellatos. III. nonnulli vocantur *Valvalores minores*, aut *minimi*; illi quidem, qui à Valvalore majori Feudum acceperunt, & longò tempore possederunt d. *tit. 10. & 53. Feud. 2.* isti verò, qui rursus à Valvalore minori subinvestiti sunt d. *tit. 10. & tit. 7. 15. & 16. Feud. 1.* Horn. *tit. cap. 5. §. 21. & seq.*

522 Revertendò nunc ad personas, quæ Feudum acquirunt, non refert I. sintne masculi vel foeminae: tametsi enim Feudum scemi-

neum ex *num. 469.* sit improprium; non prohibetur tamen Dominus directus aut statim ab initio foeminas investire, aut saltem jus successione isdem indulgere *tit. 6. §. 1. Feud. 1. tit. 3. §. 1. tit. 17. tit. 50. Feud. 2.* Schambogen de Feud. *tit. 7. n. 3.*

Nec refert II. sintne Sæculares vel Ecclesiastici: nam etiam Ecclesiastici, quantumvis servitia militaria per se præstare non possint, ex voluntate Domini possunt in feudum per textum in *tit. 40. Feud. 2.* König ad *tit. de Feud. à n. 29.* Schrader de Feud. p. 4. cap. 3. n. 7. Rosenth. cap. 3. *concl. 4. à n. 1.* Horn. d. cap. 5. §. 29. Nec 525 refert III. habeantne defectum aliquem corporalem, v. g. cæcitatem, surditatem &c. nec ne: etenim ex dispensatione Domini vel à servitiis omninò liberari, vel ad servitia, per substitutam præstanda, obligari possunt. Rosenthal cap. 3. *concl. 8. à n. 1.* Vult. cap. 4. n. 11. Struv. cap. 5. apbor. 14.

Nec refert IV. an quis Superior, vel inferior sit: sic enim & Imperator ab inferioribus Feudum accipere potest per textum in *tit. 100. Feud. 2.* & Electores Imperii Feudum ab Episcopo Bambergeni recognoscunt. Schrader de Feud. p. 4. cap. 3. *num. 10. & seq.* Horn. d. cap. 5. §. 33. Clariss. D. de Chlingenberg cap. 3. *quæst. 16.*

Nec refert V. an accipiens sit persona singularis, an tota communitas; ita tamen, ut investituram interdum accipiat per quasi-Vasallos *Lehentraget* / quorum morte renovatio investituræ petenda est. Hornius d. l. 33.

Itaque præter hæreticos, excommunicatos, bannitos, & infames, vix aliqui reperiuntur, qui Feudorum acquirendorum ius incapaces. Schambogen de Feud. *tit. 7. n. 16.* Horn. *tit. cap. 5. §. 36.* Chlingenberg d. cap. 3. *sub quæst. 15.*

Interim si de successione 529 Feudi jam acquisiti agatur, variae sunt exceptiones, quæ successibus feudilibus opponi possunt, de quibus in *seq. tract. de Successione Hereditar. p. 2. cap. 3.*

§. V.

## In quibus rebus constituatur Feudum?

530 Feudum in rebus immobilibus aut acquilientibus esse constituendum, patet ex *num. 457. & seqq.* Ubi tamen nonnulla possunt moveri dubia, & I. quaeri, num Feudum in re aliena constitui valeat? quandoquidem ex *tit. 3. in pr. & §. 1. Feud. 2.* admodum luculenter colligitur, Feudum in re propria constituendum esse. Nihilominus

531 Resp. Feudum, in re aliena constitutum, eatenus valere, quatenus, illà re evictà, constitutus obligatur, Vasallo, si fuerit in bonafide, aut rem aliam ejusdem bonitatis in Feudum concedere; aut pecunias, quibus res alia comparari possit, numerare *tit. 8. in pr. tit. 25. Feud. 2.* Struv. cap. 6. apbor. 9. n. 1. & seqq. Stryck *Exam. Jur. Feud. cap. 8. §. 8. & seq.*

Ad præstationem tamen ejus, quòd interest, Dominus haud tenetur, ne beneficium, quod exhibuit, nimium ipsi damnosum evadat; nisi Feudum sit emptitium, de quo perinde ac alia re emptæ locus dabitur evictioni quoad interesse. Horn. *Jurisprud. Feud. cap. 7. §. 9.* Stryck d. l. §. 17.

II. dubitatur, & quaeritur, quidnam juris 533 P p p p 2

Valal-

Valal-

Valal-

Valal-

Valal-

Valal-

Valal-

Valal-

Valal-

Valal-

Valal-

Valal-

Valal-

Valal-

Valal-

Valal-

Valal-

Valal-

Valal-

Valal-

Valal-

Valal-



Vasallo concessum videatur, quando sylvā in Feudum conceditur?

Resp. I. utile dominium cum plenissimo utendi fruendi jure concessum censeri; sic tamen, ut Vasallus in cadendis lignis & arboribus agat civiliter, prout concedit diligenter ac bonum patremfamilias, ne sylvā penitus excindatur, ac proprietates Domino competens, minuatur. Struv. cit. cap. 6. apbor. 11. n. 2. Horn. d. cap. 7. §. 17.

534 Resp. II. de jure venandi, num unā cum sylvā censetur esse concessum? disensionem inter DD. versari; plures tamen (intellige si Feudum non-regale fuerit) propendere in sententiam negativam cum Schradero p. 3. cap. 4. num. 47. Struvio d. l. n. 3. Horn. d. l. §. 18. D. de Chlingenberg cap. 4. q. 6. quorum ratio est: quia jus venandi jure moderno refertur inter Regalia; proindeque diversam longè naturam habet à sylvā sylvæque fructibus, qui neutiquam inter Regalia numerantur.

## §. VI.

## Quale jus &amp; obligatio sit penes

538 **EX** Contractu Feudali Dominus est obligatus I. ut Vasallo conferat investituram in re feudali. Investitura autem est actus solennis, quod Dominus per se vel substitutum Vasallo, fidelitatem promittenti, aut ejus procuratori Feudi possessionem unā cum utili dominio concedit. Stryck Exam. Jur. Feud. cap. 12. §. 2. n. 20. & 22.

539 **Feud.** duplex, propria nimirum seu realis, quā Vasallus realiter & corporaliter in Feudi possessionem introducit; & impropria seu abusiva, quā Vasallus Feudi possessionem per traditionem symboli consequitur, per text. in tit. 2. in pr. Feud. 1. sicuti de facto personis Ecclesiasticis investitura Feudi plerumque per sceptrum, & secularibus per vexillum conferri solet.

540 **Et** licet Aa. communiter doceant cum Schrader. p. 5. cap. 2. num. 15. Chlingenberg. cap. 5. quest. 3. Schambogen tit. 14. num. 37. possessionem unā cum jure domini utilis per solam investituram propriam in Vasallum transferri, allegantes tit. 1. in fin. tit. 8. in pr. rei autem & c. tit. 33. in princ. Feud. 2. non item per impropriam juxta tit. 7. tit. 26. §. si

541 **facta** Feud. 2. Malim nihilominus cum Hornio cap. 12. §. 3. & 4. etiam investituræ improprie eundem effectum assignare: eod quod textus anteriores, præsertim in tit. 33. in pr. satis manifestè propriam & impropriam investituram quoad memoratum effectum æquiparent; textus autem posteriores inter investituram propriam & impropriam non

542 **distinguant.** Ratio est: tum quia in tit. 8. §. rei autem Feud. 2. Vasallo, per beneficium rellè investito, absolutè rei vindicatio tribuitur: tum quia traditio ficta, qualis intervenit in investitura impropria, circa res allodiales quoque vim habet transferendi possessionem & dominium l. clavibus 74. ff. de Contrab. emp.

Contrarius inter alios est Stryck d. l. §. 18.

III. dubitatur, & queritur, utrum integròs Territorid, in Feudum concessò, transeat etia Jurisdictio seu Superioritas Territorialis?

Resp. affirmativè arg. textum in tit. 14. Feud. 1. & tit. 55. Feud. 2. Horn. cap. 8. §. 12. Chlingenberg cit. l. q. 3. Ratio est: quia Jurisdictio seu Superioritas Territorialis Territorio cohæret: sicque transit ad quemcunque Territorii possessorem; ita tamen, ut dominium Jurisdictionis directè maneat penes concedentem; utilitas verò transeat in accipientem.

IV. dubitatur, & queritur: an jura spiritualia in Feudum concedi valeant?

Resp. olim quidem jus utile decimandi in Feudum promiscuè concessum; at tamen post Concilium Lateranense hanc concessionem quoad Laicos sublatam fuisse, prout dictum supra in tractat. l. p. 3. cap. 3. num. 94. & seqq.

## §. VII. Dominum ex Contractu Feudali?

Quæcunque tamen investitura intercedat, requiritur præsentia testium, qui debent esse homines liberi, masculi, & pares Curie, hoc est, Vasalli ejusdem Domini tit. 2. & seqq. Feud. 1. tit. 32. tit. 58. §. 1. Feud. 2. nec admittuntur extranei, nisi pares Curie desererint tit. 2. §. 1. tit. 32. §. 1. Feud. 2. Chlingenberg d. cap. 5. quest. 8. & seqq. Stryck d. l. cap. 12. §. 8. & seqq. notans in §. 16. præsentiam hujusmodi testium hodie non esse necessariam.

II. obligatur Dominus, ut damnum, quod ex dilatione investituræ Vasallus sustinuit, resarciat tit. 7. §. 1. Feud. 2. Stryck d. l. cap. 18. §. 5.

III. obligatur Dominus, eandem ferè fidelitatem exhibere Vasallo, quam ille tenetur exhibere Domino tit. 6. §. sed quia Feud. 2. non quidem cum expressa quadam aut jurata contestatione, vel servitorum præstatione, sed magis ex correlatione: adeo ut cavere debeat, ne Vasallo vel ejus rebus vel familiaribus inferatur, aut periculum struatur &c. Hornius cap. 18. §. 21.

Datur eò nomine Vasallo & ejus hæredibus contra Dominum & ejus hæredes actio personalis, quam Vult. de Feud. lib. 2. cap. 1. n. 12. conditionem ex moribus vocat (tametsi, eum nascatur ex Contractu nominato, nomen ex Contractu mutare, & actio feudalis non ineptè vocari possit, ut tradit ex Bartolo cit. Vult. num. 13.) eaque actio est bona fidei, rei persecutoria, & perpetua.

Quid autem juris activè remaneat Domino? constabit partim ex dictis in tract. de Jure Propriet. cap. 3. à num. 50. ubi dominium directum cum suis effectibus explicatum est; partim ex dicendis, in §. seq. ubi obligationes Vasalli declarabuntur.

## §. VII.

## §. VII.

## Quale jus &amp; obligatio sit penes Vasallum ex Contractu Feudali?

548 **EX** Contractu Feudali Vasallus obligatur principaliter & I. ad fidelitatem Domino non tantum jurato (nisi juramentum fuerit remissum) promittendam, sed etiam easdem servandam, ut Dominum & personas ipsi proximè conjunctas in vita, honore, & bonis defendat, ac damna, exinde timenda, quantum poterit, avertat. Vid. tit. 5. 6. & 7. Feud. 2. Thomafius in dissertat. Jurid. de

549 **felonia Domini** §. 5. II. obligatur ad servitia feudalia (nisi Feudum sit francum) quæ quidem non semper sunt æqualia, crebrius tamen sunt militaria, ita ut Vasallus, debitè requisitus (in casu gravioris periculi tenetur ultrò venire per text. in tit. 26. §. 5. y. licet Feud. 2.) Dominum, bello justò, vel saltèr dubiò implicatum, armatus comitari, ac pro ipso pugnare teneatur. Textus in tit. 5. in princ. Feud. 1. tit. 7. tit. 21. tit. 28. Feud. 2.

550 **Stryck d. cap. 18. §. 10.** Quò etiam pertinet expeditio Romana vulgò dicitur Dömer Zug / hoc est, iter, ab Imperatore Romano pro sua Coronatione influendum, in quo Principes & Status Imperii, tanquam Vasalli, certò virorum & equorum numero Imperatorem comitari obstringuntur tit. 54. Feud. 2.

551 **Et** licet hæc expeditio à longævo jam tempo-

re desierit esse in usu; successit tamen in illius locum expeditio Imperii, seu bellum Imperii nomine susceptum ab Imperatore, ad quod Status Imperii quoad milites & pecunias, ad modum & normam expeditionis Romanæ, concurrere tenentur per R. F. de Anno 1546. §. wietwohl 99. & Recept. de Anno 1594. §. wietwohl 6.

III. obligatur, ut re, in Feudum concessa, tanquam diligens & bonus paterfamilias, utatur fructurque; & si quæ damna ex dolo vel culpa lata & levi intulerit, compenset. Rosenthal de Feud. cap. 10. conclus. 45. n. 37.

IV. obligatur ad petendam investituræ renovationem intra annum & diem, si vel Dominus directus mutetur, vel persona Vasalli. Textus in tit. 40. in princ. tit. 51. & tit. 55. in princ. Feud. 2. Horn. Jurisprud. Feud. cap. 17. per tot.

Competit in hunc finem Domino Directo & ejus hæredibus actio personalis contra Vasallum & ejus hæredes; eaque est bona fidei, rei persecutoria, & perpetua arg. dictorum in num. 546.

Quid juris ratione domini utilis ad Vasallum spectet, post investituram Feudi collatam? traditi in tr. de Jure propr. cap. 3. à n. 54.

## §. VIII.

## Ex quibus causis resolvatur Feudum?

556 **FEUDUM** ex multis variis causis resolvitur & amittitur. I. resolvitur & amittitur interitu rei feudalis, quando hæc incendiò, inundatione, vel terræ motu destruitur arg. §. finitur 3. Instit. de Usufruct. l. jus emphyteuticarium 1. Cod. de Jure emphyteut.

557 **II.** resolvitur morte Vasalli, & ejus propinquorum, aut aliorum, qui simul coinvestiti fuerunt: redit siquidem utile dominium ad Dominum, & cum dominio directò consolidatur per textum in tit. 5. in fin. pr. tit. 13. y. est alienzulus Feud. 1. Idem esse, si moriatur Dominus directus & ejus hæredes, ac dominium directum ad Vasallum devenire, & cum utilè dominio consolidari, ex natura correlativorum statuit Vultejus de Feud. lib. 1. cap. 11. num. 7. reclamante tamen Struvio in Synagm. Jur. feud. cap. 15. apbor. 3. n. 3. & Stryckio in Exam. Jur. feud. cap. 22. §. 7. eò quòd dominium directum non proveniat à Vasallo; consequenter non ad ipsum, sed alios, qui in bonis allodialibus succedunt, resolvatur: quæ ratio solum de Feudis datis, non autem oblati procedit.

558 **III.** resolvitur resutatione, si nempe Vasallus Feudum refuset, jusque suum Domino directò cedat: id quòd etiam invitò Dominò facere potest tit. 38. Feud. 2. dummodò non faciat in fraudem eò tempore, quò v. g. Dominum, ad expeditionem bellicam paratum,

comitari deberet. Vultejus cap. 10. n. 76. & c. in memoriâ accepti beneficii, Dominum possessa non offendat d. tit. 38. in fin. Stryck d. cap. 22. §. 13. & 14. ubi rectissime docet, non esse concessum Domino, Feudum à Vasallo renuente, extra casum delicti, revocare: quia in Feudo (saltem si datum fuerit) potius de favore Vasalli quam Domini agitur.

IV. resolvitur feloniam, seu culpâ commissâ, quâ se Vasallus obstringit primò, si rem feudalem norabiliter reddat deteriorem, arg. tit. 25. in pr. Feud. 1. tit. 6. y. nulle Feud. 2. Curtius de Feud. p. 4. n. 44. aut eandem fecerit absque consensu Domini alienet tit. 42. 44. 52. 55. in princ. Feud. 2. totum Feudum amittitur, si totum alienet; partem vero retenturus, si partem duntaxat dilahat tit. 38. Feud. 2. Curtius de Feud. d. p. 4. à num. 81.

Secundò si directè seu indirectè delinquat in personam Domini, vitam aut famam ipsius per se vel alium lædat, necem quòvis modo machinetur, manus violentas in ipsum committat, gravi contumelia vel injuriâ afficiat tit. 6. 7. 24. §. 2. 35. §. 1. 51. §. 2. 57. Feud. 2. Curtius d. l. n. 34. & seqq.

Tercio si mediatè vel immediatè delinquat contra Dominum, personas ipsi conjunctas offendendò, ac in specie cum uxore, filia, nepte ex filio, nuru vel sorore Domini, adhuc in ipius domo constituta, encubitandò, hoc est, carnaliter